

τῆ ἀνίσω τοῦ εἶδους μεθέξει κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον καὶ διὰ τοῦθ' ἕτερα ἐτέρων τιμιώτερα εἶναι. μηδ' εἶναι τοῦτ' ἀδύνατον ἐν τοῖς παθητικῆν ὕλην μὴ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦτ' αὐτοῖς συμβαίνειν ἢ τὸ κοινωνεῖν μὲν τοῦ αὐτοῦ γένους, διαφέρειν δὲ τῷ εἶδει, εἴ γε ἡ μορφή μᾶλλον, ἢ τοῖς οὐρανίοις ἀρμοδιωτέρα ἐστί, τῷ εἶδει ἔπεται ἢ ἡ ὕλη ἢ τῷ τοῦ γένους ὀνόματι σημαυνομένη, εἰ καὶ Σιμπλίκιος, Ἀλβέρτος τε καὶ ὁ θεῖος Θωμᾶς τῆς ἐτέρας εἰσὶ δόξης, εἶδει διαφέρειν ἀλλήλων βουλόμενοι τὰ οὐράνια σώματα. ἀλλ' ἡ μὲν ἀκριβεστέρα τοῦ τοιοῦδε ζητήματος ἐξέτασις ἀναβεβλήσθω τὰ νῦν. ἀρκείτω δὲ Ἀριστοτέλους ὑπεραπολογεῖσθαι διαφορὰν οὐ μικρὰν τοῖς οὐρανίοις ἀποδιδόντας, ἢ εἴρηται, κἂν εἰ τῷ γένει ἢ καὶ τῷ εἶδει συνέρχονται. ὁ μὴ εἰδὼς ὁ ἐναντίος ποιεῖν, ἐνδίδωσι τῷ Πλατωνικῷ ἐπιχειρήματι, τὸν θεὸν λέγων μὴ εἶναι τῶν ἄλλων κινητικῶν τιμιώτερον, εἰ κατατεταγμένως εἴη. οὕτω τὰ τοῦ κατηγοροῦ βέλη μάτην κατὰ τῶν Πλατωνικῶν ἀφεῖται λεγόντων τοῖς Ἀριστοτέλους ἔπεσθαι λόγοις τὸν θεὸν κατατεταγμένον εἶναι κινητὸν τῷ πρώτῳ κινητῷ σώματι. 15

Κεφ. ιβ' Ἀνασκευὴ τοῦ ἐπιχειρήματος, φ' κατ' Ἀριστοτέλην ὁ ἐναντίος, ὡς οἴεται, πειρᾶται δεικνύουσι τὴν μετὰ τοῦ πρώτου ζωὴν ἅμα ὅλην εἶναι, τὴν δὲ μετὰ τὸ πρῶτον οὐχ ἅμα ὅλην.

12, 1 Μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς ἄλλο τι τῶν αὐτοῦ ἰτέον. «τὸ πρῶτον κινουῦν, V 104^v φησὶν, ἐστὶν ἀρίστη ζωὴ καὶ πᾶσα ἅμα. ἡ δὲ τῶν ἄλλων νοητῶν οὐσιῶν ζωὴ οὐχ ἅμα ὅλη, ἀλλ' ἐν διαδοχῇ τινι ἔχει τὸ εἶναι καὶ κατ' Ἀριστοτέλην, ἐφ' ὅσον συγκατατέτακται τῷ κινητῷ σώματι. δι' ὃ καὶ ἡ ἐκείνων ἀϊδιότης οὐχ ἅμα πᾶσά ἐστιν οὔτε πάντα περιέχει τὸν χρόνον. ἐστὶ τε αὕτη ἡ ἀϊδιότης αὐτῶν κατὰ παράτασιν μᾶλλον ἄπειρος.» ταῦτα φαίνεται μὲν ἐκ τῆς ἡμετέρας θεολογίας καὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν διδασκάλων λαβῶν. ὑπ' ἀμαθίας μέντοι τὴν τῶν νοητῶν οὐσιῶν ζωὴν οὐχ ἅμα ὅλην εἶναι φησι, καὶ τί ποτε Ἀριστοτέλης περὶ τούτων ἐδόξαζεν ἀγνοῶν παρὰ τὸ προσῆκον αὐτῷ περιτίθησι καὶ ψευδῶς, ἅπερ αὐτὸς οὐκ ὀρθῶς παρὰ τῶν θείων ἡμῶν διδασκάλων κατανοῆσαι δεδύνηται. οἱ γὰρ ἡμέτεροι διαβεβαιουῦνται τὸ εἶναι τοῦ θεοῦ μόνον μετρεῖσθαι ἀϊδιότητι, μηδέν τε ἐν αὐτῷ διαδοχῆς ἢ τόδε μετὰ τόδε εἶναι οὔτε κατὰ τὸ εἶναι οὔτε κατὰ τὸ ἐνεργεῖν, ἀλλὰ πάντα πάντῃ ἅμα εἶναι, τοὺς δὲ θείους ἀγγέλους κατὰ γε τὸ εἶναι οὐκ ἀϊδιότητι, ἀλλὰ τῷ αἰῶνι μετρεῖσθαι. διαφέρειν δὲ τὸ αἰώνιον τοῦ αἰδίου, ἢ τὸ μὲν αἶδιον εἶναι οὐδεμίαν διαδοχὴν ἐπιδέχεται, τὸ δὲ αἰώνιον εἶναι ἐπιδέχεται διὰ τὰς διαφορὰς τῶν ἀγγέλων προαιρέσεις· τοῦ δὲ χρόνου διαφέρειν τῷ τὸν μὲν τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἔχειν καὶ μεταβλητικὸν εἶναι, ἐν δὲ τῷ αἰῶνι μὴ εἶναι τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, ἐν ᾧ καινότερόν τι καὶ ἀρχαιότερόν ἐστιν, ἃ τοῖς ἀγγέλοις οὐχ ὑπάρχει. ὁ μέντοι νέος οὕτως θεολόγος οὐχ ἅμα τὴν τῶν νοητῶν οὐσιῶν ζωὴν εἶναι φησὶν, καὶ ταύτην εἶναι δόξαν Ἀριστοτέλους διίσχυρίζεται.

2 Ἀλλ' ἴδωμεν, ὅπως ταῦτα τῷ Ἀριστοτέλει ἀρέσκει. ἐν οὖν τῷ λ' 40

posterius atque ita alia aliis esse posse nobiliora existimarunt. Neque id esse impossibile in iis, quae materia carent passiva, immo vero aptius, quam convenient in genere et specie differant, quando <potius> forma, quae convenientior caelestibus est, speciem comitatur quam materia, qua generis
 5 nomine indicetur, quamquam Albertus et divus Thomas et Simplicius eam sententiam oppugnant voluntque omnino, ut specie caelestia corpora inter se differant. Sed huius quaestionis discussio non convenit huic loco. Satis itaque sit tueri Aristotelem in respondendo, si differentiam esse caelestium corporum dicimus, licet vel in genere vel in specie convenient.
 10 Quod facere adversarius nesciens cedit rationi Platoniorum, ut deus nobilior ceteris motoribus esse non possit, si motor appropriatus statuatur. Ita adversarii tela frustra in Platonis scholam coniecta sunt, quae deum esse motorem primi mobilis appropriatum refert ad Aristotelem auctorem.

Cap. XII. Confutatio argumenti, quo adversarius ceterarum intellegentiarum vitam praeter primam non esse simul totam secundum Aristotelem arguit.

Venio ad aliam eius argumentationem, quae talis est: »Primum movens 12,1 est vita optima, inquit, et vita eius est tota simul. Vita autem ceterarum intellegentiarum secundum Aristotelem non est tota simul, sed in quodam
 20 successione consistit, in quantum appropriatur mobili. Et ideo aeternitas eorum non est tota simul nec continet totum tempus, et earum duratio aeterna est magis extensiva.« Haec videtur quidem ex nostra theologia hallucinari. Sed imperitia vitam intellegentiarum non esse totam simul pronuntiat et ignarus, quod Aristoteles hac de re scripserit, attribuit illi
 25 inepte et falso, quod ipse perverse a nostris theologis intellexerit. Nostri enim sic censent, ut esse dei solum aeternitate mensuretur neque in eo sit aliquid successionis vel secundum esse vel secundum operationem, sed simultas sit omnifaria, angelos vero quantum ad esse non aeternitate mensurari volunt, sed aevo. Differre autem aevum ab aeternitate, quod
 30 esse aeternum nullam recipit successionem, quod esse aevi utique patitur propter varias angelorum electiones; a tempore vero differre, quod esse temporale prius et posterius habet estque mutabile, cum in aevo non sit prius et posterius, in quo innovatio et inveteratio est, quae in angelis esse non possunt. At hic novus theologus vitam intellegentiarum ceterarum
 35 non simul totam esse ait, idque Aristoteli fidenter ascribit.

Quod quam Aristotelis placitum sit, videamus. Appellat ille intelle-

8 <potius> ex Græco supplevi

19 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 2. | 41 cf. Arist. Metaph. λ 7. 1072 b—1073 a.

τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ πάσας ἐκεῖνος ὀνομάζει τὰς ἀύλους οὐσίας αἰδίους. ὅπου παρὰ τὴν αἰσθητὴν οὐσίαν καὶ αἰδίου εἶναι οὐσίαν ἀποδείκνυσιν καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν χωριστῶν οὐσιῶν ἐπιζητεῖ πάσας τε τὰς τοιαύτας οὐσίας αἰδίους καλεῖ. εἰ οὖν κατὰ δόξαν Ἀριστοτέλους πᾶσαι εἰσιν αἰδιοὶ, καὶ τὴν ἐκείνων ζωὴν συνεχῆ τε καὶ ἅμα πᾶσαν εἶναι ἀνάγκη. τοῦτο γὰρ οἱ ἡμέτεροι διδάσκαλοι φυλαττόμενοι, οὐς οὐδ' αὐτοὺς ὅτι λέγοιεν νοεῖ ὁ κατῆ-
V 105 γορος, οὐκ αἰδίους τοὺς ἀγγέλους φασίν, ἵνα μὴ καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν συνεχῆ λέγοιεν ὡς τοῦτο τοῦ αἰδίου σημαίνοντος. κἂν τῷ πρώτῳ δὲ τῶν περὶ Οὐρανοῦ τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ φησὶ Ἀριστοτέλης «αἰδία εἶναι καὶ μὴ γηρά- σκειν τῷ χρόνῳ, μηδεμίαν τε οὐδενὸς εἶναι μεταβολὴν τῶν ὑπὲρ τὴν ἔξω 10 τεταγμένων φοράν, ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ αὐταρκεστάτην διατελεῖν τὸν ἅπαντα αἰῶνα.» ἅπερ ὁ ἱερὸς Θωμᾶς ἐξηγούμενος περὶ πασῶν τῶν χωριστῶν οὐσιῶν φησὶ δεῖν νοεῖν τὰ τοῦ Ἀριστοτέλους ῥήματα ταῦτα. οὐδεμίαν τοίνυν ἐκείνων τῶν χωριστῶν ἐστὶν οὐσιῶν, ἥστινος τὸ ζῆν διαδοχὴν τινα ἐπιδέχοιτο, εἴ γε κατὰ τὴν Ἀριστο- 15 τέλους γνώμην τῇ τῶν αὐτῶν ἐξηγησαμένων δόξῃ ἐπομένους διαλέγεσθαι δεῖ. ἀλλ' ἐκάστη χωριστὴ οὐσία πρώτη, ἀκροτάτη, θεία ὑπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ φιλοσόφου καλεῖται. πρώτη μὲν, ὅτι οὐθ' ὑπόκειται οὔτε μετρεῖται τῷ χρόνῳ· ἀκροτάτη δέ, ὅτι οὐ περιέχεται τόπῳ· θεία δ' αὖ, ὅτι οὐχ ὑπό- κείται κινήσει, ὡς φησὶν ὁ ἱερὸς Θωμᾶς. 20

8 Τὸ δ' αὐτὸ καὶ λόγῳ δείκνυται οὕτως. εἰ γὰρ τις εἴη ἐν τῇ τῶν μετὰ τὴν πρώτην οὐσιῶν ζωῇ διαδοχῇ, ἦτοι ἐν τῷ εἶναι αὐτῶν ἐστὶν αὕτη ἢ ἐν τῷ ἐνεργεῖν. ἀλλ' ἐν μὲν τῷ εἶναι οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ εἶναι ἐκείνων, ὡς ἀρέσκει τοῖς Περιπατητικοῖς, κεχώρισται πάντῃ πάσης κινήσεως, καθ' ἣν δηλονότι ἡ διαδοχὴ θεωρεῖται. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἐν τῷ ἐνεργεῖν αὐτῶν 25 εἶναι δύναται, εἴπερ τὸ νοεῖν καὶ βούλεσθαι ἐν ταῖς χωρισταῖς οὐσίαις οὐ διαφέρει τοῦ εἶναι αὐτῶν, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν περὶ Ψυχῆς Ἀριστοτέλης φησὶν καὶ Ἀβερόης ἐν τῷ ἐνεργεῖν νῶ μὴ εἶναι τὴν πρὸς τι δύναμιν καθ' ἅπερ ἐν τῷ δεκτικῷ νῶ διατείνεται. κἂν τῷ λ' τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ τριακοστῷ πρώτῳ ὑπομνήματι· »δεῖ, φησίν, ὑπάρχειν τὰς οὐσίας ταύτας. 30 ἐπεὶ γὰρ κινουῦσιν ἄνευ τῆς οἴασου δύναμεως, ἄνευ ὁποιασοῦν ὕλης αὐτὰς εἶναι ἀνάγκη. αἰδίους γὰρ εἶναι ἀνάγκη.« οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν τῷ τριακοστῷ ἐνάτῳ ὑπομνήματι τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον ταῦτόν εἶναι διαβεβαιουῖται. »ἅπαν γὰρ, φησί, σύνθετον καινότερόν ἐστιν, εἴ μὴ τι συγκεῖσθαι δι' αὐτοῦ

V 105^v λέγοιτο. ἀλλ' εἴ τι δι' αὐτοῦ συγκεῖται, τοῦτο δι' αὐτοῦ ἐκ τοῦ δυνάμει 35 εἰς τὸ ἐνεργεῖν προῖεναι καὶ δι' αὐτοῦ κινεῖσθαι χωρὶς ἑτέρου κινουῦντος ἀνάγκη.« καὶ προστίθησιν, ὡς ἐν τοῖς ἀύλοις τῶν εἰδῶν τὸ κατηγορούμενον καὶ ὑποκείμενον, τοῦτ' ἔστι τὸ κατὰ τινος λεγόμενον καὶ τὸ καθ' οὗ λέγεται, ἐν ἐστὶ κατὰ τὸ πρᾶγμα, εἴ καὶ κατὰ τὸν λόγον δύο ἐστίν. ἀνάγεσθαι γὰρ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν εἴτ' οὖν οὐσιώδη λόγον μὴδέ τι διαφέρει πλὴν τῷ 40 νοεῖν. οὕτως ἐπὶ τῶν χωριστῶν οὐσιῶν οὐ διαφέρει τὸ εἶναι τοῦ ἐνεργεῖν. καὶ ἐπεὶ οὐδεμίαν ἐν αὐτοῖς σύνθεσις οὐδέ τις καινότερα δημιουργία ἐστίν, οὐδέ διαδοχὴν οὐδεμίαν δυνατὸν εἶναι οὔτε ἐν τῷ εἶναι οὔτε ἐν τῷ ἐνεργεῖν.

gentias omnes sempiternas, ut constat in duodecimo Metaphysicae, ubi ultra substantiam sensibilem perpetuam esse ac sempiternam substantiam probat et ubi numerum substantiarum separatarum investigat <et> omnes eiusmodi substantias sempiternas vocat. Quodsi omnes iudicio illius sunt sempiternae, vitam earum totam simul esse necesse est. Primo etiam libro de Caelo, quae sunt extra caelum, et aeterna et vitam habere non temporalem et extensam demonstrat. Quem locum divus Thomas exponens de omnibus substantiis separatis intellegenda esse verba haec Aristotelis ait. Nulla igitur intellegentia est, cuius vita successionem ullam patiat, si ex opinione Aristotelis iudicio probatissimorum expositorum loqui velimus. Sed quaevis separata substantia prima, summa et divina ab eo ipso philosopho appellatur. Prima, quia non subiicitur tempori neque a tempore mensuratur; summa, quia non loco continetur; divina, quia non subiicitur motui.

Ratione etiam rei facile coargui potest. Nam si qua successio est in secundis intellegentiis, haec aut in earum esse aut in operatione sit, necesse est. At non in esse est, quia esse illarum, ut Peripateticis placet, abstractum omnino a motu est, cuius ratione motus successio est. Nec vero in operatione esse potest, quando intellegere et velle in substantiis separatis non differunt ab earum essentia, ut tertio de Anima constat et commento Averrois, qui in intellectu agente non esse potentiam ad aliquid sicut in intellectu recipienti asseverat. Commento etiam duodecimi libri Metaphysicae trigesimo primo: »Oportet, inquit, has substantias existere. Cum enim moveant sine ulla potentia, sine ulla materia esse necesse est. Aeternas enim esse necesse est.« Necnon commento trigesimo nono intellectum et, quod intellegitur, idem esse ita affirmat: »Omne, inquit, compositum est novum, nisi quod per se componi dicatur. Sed si quid per se componatur, id de potentia in actum per se exeat et moveatur per se sine motore, necesse est.« Quo in loco addit in formis materia carentibus praedicatum et subiectum, hoc est, quicquid praedicatur et subiicitur, unum esse in re, quamquam duo in considerando. Reduci namque ad unam intentionem sive rationem essentialem, nec differre nisi in intellegendo solum. Ita actio intellegentiae non differt ab eius esse. Et cum nulla in his compositio, nulla creatio nova sit, nec successionem esse possibile est vel in ipso esse vel in operatione.

8 <et> ex Graeco supplevi

9 cf. Arist. De Caelo α 9. 279 a, 19—22. | 18 cf. Thom. Aq. In Arist. De Caelo I. cap. 9. lect. 21, 7. | 28 cf. Arist. De Anima γ 5. 430 a. | 30 Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 31. | 34 Averr. In Arist. Metaph. XII. c. 39.

4 Ὁ γε μὴν ἐναντίος τοὺς τῆς ἡμετέρας θεολογίας λόγους ἀπονέμων Ἀριστοτέλει, ἀκούσας τῶν ἡμετέρων λεγόντων, ὅτι τὸν θεὸν γινώσκουσι τὰ νοητὰ τῶν δημιουργημάτων κατὰ χρόνον, τοῦτ' ἔστι κατὰ διαδοχὴν χρόνου διὰ τὰς διαφόρους τῶν ἀγγέλων δηλονότι προαιρέσεις καὶ τὰς διαφόρους τοῦ νοεῖν ἐνεργείας, καὶ τὸν Ἀριστοτέλη φησὶν οὕτω δοξάσαι. ὅπερ ἀλλό- 5 τριον τῆς ἐκείνου τοῦ φιλοσόφου γνώμης ἐστίν, ἐνοειδές τε τὸ θεῖον ἅπαν καὶ ἐνοειδῆ τὴν αὐτῶν ἐνέργειαν φανερώς δοξάζοντος. ὅς καὶ τῶν οὐρανίων σωμάτων τὸ εἶναι οὐδενὶ χρόνῳ μετρεῖσθαι βούλεται ἅτε μηδεμίαν ἐν τῷ εἶναι διαδοχὴν ἐχόντων μηδ' ὄντων ἐν δυνάμει πρὸς τὸ εἶναι, ἀλλὰ τῷ αἰῶνι μετρούμενων, εἰ καὶ ἡ αὐτῶν κινήσεις χρόνῳ μετροῖτο. οὐδ' ἔστιν 10 εἰπεῖν τὴν διαδοχὴν ταύτην εἶναι, ἐφ' ὅσον κινουῦσι τὰ οὐράνια σώματα. ἡ γὰρ διὰ τὸ κινουῦν ἢ διὰ τὸ κινούμενον τοῦτ' ἂν εἴη. ἀλλ' εἰ διὰ τὸ κινούμενον, τῷ αὐτῷ λόγῳ καὶ ἐν τῷ θεῷ εἴη ἂν διαδοχή, ὑφ' οὗ ἡ πρώτη σφαῖρα κινεῖται· εἰ δὲ διὰ τὸ κινουῦν, ἐπειδὴ τὸ κινεῖν οὐδὲν ἄλλο ἐστίν ἢ τὸ βούλεσθαι αὐτῆς τῆς χωριστῆς οὐσίας, ὥσπερ ἐν τῇ τῆς βουλήσεως 15 ἐνεργείᾳ οὐδεμία ἐστὶ διαδοχὴ κατ' Ἀριστοτέλην, οὕτως οὐδ' ἐν τῷ κινεῖν δυνατὸν εἶναι.

Κεφ. ιγ' Ὅτι οὐκ ἀληθές τὸν Ἀριστοτέλη φάναι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ὑπὸ θεοῦ τὰ πάντα παρῆχθαι. καὶ ὅτι Πλάτων τὸ πρῶτον αἷτιον δι' ἑτέρου αἰτίου τὸν κόσμον ἐδόξασε παραγαγεῖν. 20

13, 1 Ἐφεξῆς δέ· »ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους, φησί, περὶ τῆς τῶν ὄντων προόδου V 106 δόξα μᾶλλον ἐστὶ τῇ πίστει συνωδός ἢ ἡ τοῦ Πλάτωνος. ὁ μὲν γὰρ Ἀριστοτέλης τίθεται πάντα παρῆχθαι ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντος καὶ πάντα τοῦ θεοῦ ἀμέσως ἐξηρητῆσθαι ὡς αἰτίας ποιητικῆς. ὁ δόγμα μάλιστα τῷ Χριστιανῷ συμφωνεῖν δόγματι, διαφέρον μόνον τῇ τοῦ κόσμου αἰδιότητι, 25 ὅπερ ἡ πίστις οὐ παραδέχεται. ὁ δὲ Πλάτων οἶεται τὸν πρῶτον θεὸν μὴ ἀμέσως πάντα παραγαγεῖν, ἀλλὰ δι' ἄλλου θεοῦ παραχθέντος ὑπὸ τοῦ πρώτου, ὃν εἰ καὶ βασιλέα πάντων καλεῖ, οὐ μέντοι τῶν ὄντων ποιητικὴν αἰτίαν αὐτῶν καὶ ἄμεσον τίθεται.« ταῦτα μὲν οὖν ὡς οὐδαμῶς ἀπονέμειν Ἀριστοτέλει δυνατόν, ἱκανῶς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶνδε τῶν λόγων διήλθομεν. 30 Πλάτωνος δὲ ταύτην γε εἶναι δόξαν τὸ τὴν πρώτην ἀρχὴν δι' ἄλλου δημιουργῆσαι τὸν κόσμον, τοῦτό γε δὴ ἀληθές ὁ ἐναντίος λέγει. καὶ τοῦτο μᾶλλον τῇ ἡμετέρᾳ πίστει συνάδει ἢ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους δόξα μὴ τιθεμένου τὸν θεὸν ποιητικὸν αἷτιον τοῦ παντός. καὶ γὰρ οὐδὲ ἡ ἡμετέρα πίστις ἄλλως τίθεται ἢ ὅτι διὰ τοῦ υἱοῦ πάντα δεδημιούργηκεν ὁ πατήρ. 35 »πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ, φησὶν, ἐγένετο.« αὐτὸς δ' ἐστὶν ὁ λόγος, ὅς ἐν ἀρχῇ ἦν καὶ ἕδος ἦν. ὥστ' εἴ τι καὶ ἶχνος τῆς θείας τριάδος θεμιτόν ἐστὶν εἰπεῖν ἐγνώσθαι τοῖς ἀρχαίοις ἐκείνοις ἀνδράσιν, Πλάτωνι μόνῳ τοῦτο δοτέον, ὅς ἐκ τῆς πρώτης ἀρχῆς γεγεννησθαι φησὶ πρόσωπον θεῖον, τὰ τῇ τοῦ πατρὸς δυνάμει πάντα δημιουργῆσον.

2 Ἀκουσον δὲ καὶ Πορφυρίου ἐν τετάρτῳ τῶν τῆς φιλοσόφου ἱστορίας 40

Sed adversarius, qui nostrae theologiae rationem ad Aristotelem refert, cum a nostris audierit deum nosse spiritualem creaturam per tempus, hoc est per successionem temporis discreti propter varias angelorum electiones et varios actus intellegendi, Aristotelem hoc sensisse ait. Quod remotissimum ab eius philosophi sensu est, cum unitum esse <divinum> et unitam actionem apertissime ipse statuatur, cum et esse caelestium corporum nullo tempore mensuratur, quoniam nullam in se habet successionem in esse, nec sunt in potentia ad esse, sed aevo ipsa mensurantur sententia Aristotelis, licet motus eorum tempore mensuretur. Nec dici potest successionem hanc esse, in quantum movent caelestia corpora. Aut enim ratione moti aut ratione moventis hoc sit. Quodsi ratione moti, pari ratione deus quoque habebit successionem, a quo primum caelum movetur; sed si ratione moventis, cum movere non aliud sit nisi velle ipsius intellegentiae, ut in voluntatis actu nulla successio est auctore Aristotele, sic ne in movendo quidem esse potest.

Cap. XIII. Falso dicit adversarius Aristotelis sententia omnia ex nihilo fuisse producta, et de Platonis cum nostra religione in hac re convenientia.

Deinde: »Opinio Aristotelis, inquit, de rerum productione est magis **13,1** consona fidei quam opinio Platonis, quia Aristoteles posuit deum omnia produxisse ex nihilo et a deo omnia dependere immediate sicut a causa efficiente, quae quidem dogmata cum dogmate Christiano multum conveniunt, solum differunt in mundi aeternitate, quam fides non asserit. Plato autem credidit, quod primus deus non produxerit universum immediate, sed per alterum deum a primo productum, et quamvis regem eum appellat, **26** tamen non sibi rerum causalitatem activam immediate tribuit.« Haec nullo pacto ad Aristotelem posse referri declaratum satis a nobis secundo volumine est. Platonem autem ita sensisse, ut principium primum non per se ipsum, sed per alterum crearet mundum, vere ab adversario dicitur. Sed hoc consentaneum magis nostrae fidei est quam illa Aristotelis opinio, **30** ut deus non produxerit mundum. Nam ne fides quidem aliter ponit, quam ut per filium cuncta creata a patre sint. »Omnia per ipsum facta sunt,« inquit. Ipsum autem est verbum, quod in principio erat et deus erat. Quodsi mysterium trinitatis suspectum ab aliquo illorum gentilium dici fas sit, Platoni hoc uni dandum est, qui a primo principio genitam asserit **85** personam divinam, quae in virtute patris cuncta crearet.

⁵ <divinum> ex Graeco supplevi

²¹ cf. Georg. Trap. Comparationes. II. 2. | ⁸⁶ Ioh. 1, 3.

λέγοντος τὸν Πλάτωνα ὡδε περὶ τοῦ ἀγαθοῦ γεγραφέναι· »ἀπὸ δὲ τούτου τρόπον τινὰ ἀνθρώποις ἀνεπινόητον νοῦν γενέσθαι τὸ ὅλον καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑφ' ἑστώτα, ἐν ᾧ δὴ τὰ ὄντως ὄντα καὶ ἡ πᾶσα οὐσία τῶν ὄντων. ὁ δὲ καὶ πρῶτως καλὸν καὶ αὐτοκαλὸν παρ' ἑαυτοῦ τῆς καλλονῆς ἔχον τὸ εἶδος. προῆλθε δὲ προαιώνιος ἀπ' αἰτίου τοῦ θεοῦ ὠρμημένος, αὐτογέννητος ὢν δ
 V 106^v καὶ αὐτοπάτωρ· οὐ γὰρ ἐκείνου κινουμένου πρὸς γένεσιν τὴν τούτου ἢ πρόοδος γέγονεν, ἀλλὰ τούτου παρελθόντος αὐτογόνως ἐκ θεοῦ, παρελθόντος δὲ οὐκ ἀπ' ἀρχῆς τινος χρονικῆς· οὕτω γὰρ χρόνος ἦν. ἀλλ' οὐδὲ χρόνου γενομένου πρὸς αὐτὸν ἐστὶ τι ὁ χρόνος· ἄχρονος γὰρ αἰεὶ καὶ μόνος αἰώνιος ὁ νοῦς. ὡσπερ δὲ ὁ θεὸς ὁ πρῶτος εἰς καὶ μόνος αἰεὶ, κὰν ἀπ' αὐτοῦ 10 γένηται τὰ πάντα, τῷ μὴ τούτοις συναριθμεῖσθαι μηδὲ τὴν ἀξίαν αὐτῶν συγκατατάττεσθαι δύνασθαι τῇ ἐκείνου ὑπάρξει, οὕτω καὶ ὁ νοῦς αἰώνιος μόνος καὶ ἀχρόνως ὑποστήσας τὰ ἐν χρόνῳ αὐτὸς ἄχρονός ἐστιν, ἐν ταυτότητι μένων τῆς ἑαυτοῦ αἰωνίας ὑποστάσεως.» ταυτὶ μὲν ὁ Πορφύριος ὡς Πλάτωνος διέξεισι γνώμην. ὁ μέντοι γε ἐναντίος, ὡς εἶωθεν, οὐδ' ἐκεῖνό 15 ποτε νοῆσαι δεδύνητο, ὅπερ ὑπ' Ἀριστοτέλους διαρρήδην λέγεται τὸν Πλάτωνα μόνον γενητὸν εἶναι εἰπόντα τὸν ὅλον οὐρανόν. ὁ δὲ Πλάτων· αὐτός, φησί, γεννᾷ μόνος. καὶ τὸ μηδαμῇ Ἀριστοτέλει ἀρέσκον ἀποδίδωσιν αὐτῷ, καὶ μεμφόμενος Πλάτωνα τοιαῦτα περὶ Ἀριστοτέλους φησίν, ὡς φανερώς δείκνυσθαι μηδὲν ὅλως τῆς Ἀριστοτελικῆς συνιέναι φιλοσοφίας. 20

Κεφ. ιδ' Ὅτι ὀρθῶς εἰς τὴν Λατίνην φωνὴν ἡρμήνευται τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ῥητόν, ὡς ὁ θεὸς ἐστὶν ζῶον ἀτίδιον.

- 14, 1 Πρὸς τούτοις »τούς ἐκ τῆς Ἑλλήνων εἰς τὴν Λατίνων φωνὴν μετενεγκόντας Ἀριστοτέλη κακῶς φησὶν ἐκεῖνο τὸ Ἀριστοτέλους ἐρμηνεῦσαι χωρίριον, ὅπου φησὶν, ὡς ὁ θεὸς ἐστὶ »ζῶον ἀτίδιον καὶ ἄριστον,« ζῶον καὶ 25 αὐτούς εἰπόντας. ζῶν γὰρ αὐτούς ἔδει εἰπεῖν ἢ ζῶντα, οὐ ζῶον. τὸ γὰρ ζῶον καθ' Ἑλληνας οὐκ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὡσπερ κατὰ Λατίνους τὸ ἄνιμαλ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ζωῆς καὶ τοῦ ζῆν παρῆκται. ἔδει οὖν κάκεινους ζῶν ἢ ζῶντα εἰπεῖν.« ἑτέρα τοῦτο πλάνη τοῦ ἐναντίου ἐστίν, ὡς τὰ Ἑλληνικὰ ὀνόματα κατ' ἐτυμολογίαν, ἀλλὰ μὴ κατὰ χρῆσιν καὶ τὸ ἀνάλογον δεῖν 30 ἐρμηνεύειν. οἷον βουλομένοις ἀνθρώπων εἰπεῖν, οὐχ ὅμινεμ Λατινικῶς, ὅπερ ἀνθρώπων σημαίνει, ἐρμηνευτέον, ἀλλ' ἀναμιμνησκόμενον, ἐπεὶ τὸ ἀνθρώπος ἀπὸ τοῦ ἀναθρεῖν λέγεται. καὶ θεόν, οὐ δέουμ, ἀλλὰ θέοντα. θεὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ θεῖν. καὶ ζῶν, οὐ βίταμ, ἀλλὰ ζέσιν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ζεῖν ἢ ζωή. οὕτω γὰρ αὐτὸς ἀξιοῖ, ὡς εἰ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ζῶον ἦτοι ἄνιμαλ εἶρηκεν, 35
 V 107 ὁμῶς οὐκ ἄνιμαλ εἶναι ἐρμηνευτέον, ἀλλὰ ζῶν, ἀφ' ἧς ζῶον παράγεται, ὡσπερ ἂν εἰ λέγοντός τινος ἄνιμαλ μηδ' ὅλως δυνατὸν ἦν ἐννοῆσαι ζῶν. καίτοι ἄνιμαλ ἦτοι ζῶον ἀπὸ τοῦ ἄνιμα ἦτοι ψυχῆς λεγόμενον πρὸς τὸ αὐτό, πρὸς ὃ καὶ τὸ ζῶον, ἀναφέρεσθαι δυνατόν. ἀρχὴ γὰρ ζωῆς ἐστὶν ἡ ψυχὴ. εἰ γὰρ κὰν τοῖς φυτοῖς καὶ ψυχὴ ἐστὶ καὶ ζωή, ἀλλ' ἐπειδὴ τελεώ- 40
 τερόν τε καὶ φανερώτερον ταῦτα ἐν τοῖς ζῴοις εἰσὶν, διὰ τοῦτο οἱ μὲν

Audi Porphyrium in quarto libro historiae philosophicae, Platonem **2** ita de bono scripsisse referentem: »A bono mens prodiit, inintellegibilis quodam modo humano ingenio atque per se subsistens, in qua ea, quae vere entia sunt, continentur omnisque entium substantia sita est. Quod et **5** primitus pulchrum est et de se ipsum formam pulchritudinis possidet. Prodiit vero aeternae a causa deo ipso emanans, quamquam sui ortus principium non ad aliud refert, quoad non per motum producta est, sed ipsa sponte sua ex deo prodiit, sui que ipsa auctor est, nec vero a temporali ullo initio processit — tempus enim nondum erat — nec facto iam tem- **10** pore subiicitur ipsa temporis rationi. Semper enim intemporalis solaque est. Atque ut primus deus, quamvis cuncta efficiat, tamen unus solusque semper est, propterea quia non cum iis numeretur et ordinetur, sic mens sola sempiternaque est et tempore ipsa vacans tempus ipsa rebus temporalibus est manens in eadem suae sempiternae subsistentiae ratione.« Haec **15** Porphyrius ex Platonis sententia. Verum adversarius pro sua consuetudine ne illud quidem intellegere unquam voluit, quod apertissime ab Aristotele scriptum est Platonem solum arbitratum creatum generatumque esse caelum. Atque ita, quod nullo pacto est Aristotelis placitum, quod ipse dogma appellat, Aristoteli tribuit, et cum Platonem calumniatur, Aristotelem ita **20** praefert, ut non satis callere Aristotelicam disciplinam videatur.

Cap. XIV. Non male interpretati sunt Aristotelem, qui deum animal esse interpretati sunt, ut adversarius putat.

Ad haec: »Interpretes, inquit, male interpretati sunt Aristotelem, ubi **14, 1** dicit, quod deus est »animal aeternum et optimum.« Debuerunt enim **25** interpretari vitam aut vivens, non animal, quia animal in Graeco non dicitur ab anima, sicut in Latino, sed a vita.« Alter hic error adversarii est, ut Graeca nomina ex etymologia, id est ratione nominis, non ex usu analogico interpretemur. Verbi gratia cum Graece ἀνθρωπον dicimus, ne hominem interpretemur, sed reminiscentem, et cum θεόν, non deum, sed **30** currentem, et cum ζώην, non vitam, sed fervorem. Sic enim censet, ut, quamvis Aristoteles ζῷον, hoc est animal dixerit, tu non animal interpreteris, sed vitam, a qua ζῷον dictum est, quasi cum animal dicitur, nullo pacto quis intellegere vitam queat. Atqui animal ab anima dicta referri eodem potest, quo ζῷον. Anima enim principium vitae est. Et **35** licet in plantis anima vitaeque sit, tamen quia perfectius patentiusque in

2 νοῦν V om. | τὸ δλον] τε δλον Nauck | **10** εἰς Nauck om. | **11** αὐτῶν Nauck om. | **18** ὑποστήσας V ὑποστάς Nauck | τὰ ἐν χρόνῳ] Nauck καὶ τὰ | ἄχρονος V χρόνος Nauck | **17** αὐτός scripsi αὐτόν V | **25** καὶ ἄριστον] Bekker om. καὶ

1 Porphyr. Hist. phil. fragm. XVIII. Cyrillus c. Julian. 1. (Migne P. gr. 76, 552 B) | **25** Arist. Metaph. λ 7. 1072 b, 29. cf. Georg Trap. Comparationes II. 2.

Ἕλληνας ζῶν ἀπὸ τοῦ ζῆν, Ῥωμαῖοι δὲ ἀνιμαλ ἐξ ἀνιμα ἦτοι ψυχῆς εἰρήκασιν.

- Ἀλλὰ διὰ τί ζῶν ὠνόμασεν τὸν θεὸν Ἀριστοτέλης, ἴσασι οἱ τὴν χρῆσιν τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων καὶ τὰ τῆς φωνῆς ἐκείνης ἰδιώματά τε καὶ ἔθῃ ἐξησκημένοι. οὐδὲ γὰρ ὡς κατὰ οἰκείαν αὐτοῦ γνώμην τε καὶ ὁ νομοθεσίαν ἀποφαινόμενος οὕτω τὸν θεὸν ὀνομάζει, ἀλλὰ »φαμένα« φησὶ, τοῦτ' ἐστὶν οὕτω λέγειν εἰώθαμεν τὸν θεὸν εἶναι ζῶν ἀίδιον τε καὶ ἄριστον, ἦτοι ὅπως ἐκ τῆς κοινῆς δόξης ὁμολογούμενον λαβὼν ζῶν εἶναι, αὐτὸς τὸν διηνεκῆ αἰῶνα ἀπονείμῃ αὐτῷ, ὅπερ ἤδη δι' ἀποδείξεως εἴληφεν, ἢ ἵνα τῇ οἰκείᾳ ἀποδείξει συμφωνοῦσαν καὶ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἐνδείξηται, 10 οἷόν τι πολλάκις ποιεῖν εἰώθειν. καθ' ἣν δῆπου διάνοιαν καὶ ὁ θεῖος Θωμᾶς ἐξηγούμενος· »καλεῖ, φησὶν, ὁ Ἀριστοτέλης τὸν θεὸν ζῶν ἀίδιον, ἄριστον, ἐπεὶ οὕτως ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐλέγετο. ἢ γὰρ ζωὴ ἐν τοῖς ζῴοις μόνοις σαφῶς ἡμῖν γνωρίζεται. ἦτις ἐπεὶ μάλιστα τῷ θεῷ ἀρμόττει, διὰ τοῦτο λέγεται ζῶν.« οὕτω μὲν ὁ Θωμᾶς, εἰ καὶ Ἀλβέρτος τὸ τὸν κινουῦντα τὸν 15 οὐρανὸν ζῶν λέγεσθαι ἀμάρτημα Ἀριστοτέλους φησὶν. φαίνεται τοίνυν τὸν Ἀριστοτέλη ζῶν, οὐ ζῶν ἐθελήσαι εἰπεῖν. ὁ δ' ἐναντίος ὑπ' ἀγνοίας τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων καὶ μὴ συνιείς, ὅπως Ἀριστοτέλης τῇ τοῦ διδάσκειν χρήται μεθόδῳ, ἐπιτιμᾷ καὶ ἐπιδιορθοῦται τοὺς ἐρμηνεῖς καὶ διδάσκειν ἐθέλει, ἢ μηδέποτε τυγχάνει μεμαθηκῶς. 20

Κεφ. ιε' Ὅτι τὸ τῆς τριάδος μυστήριον οὐτ' εἰς Ἀριστοτέλην οὐτ' εἰς Πλάτωνα ἀναφέρειν δεῖ· εἰ δ' ἄρα, εἰς Πλάτωνα μᾶλλον ἢ εἰς Ἀριστοτέλην.

- 15,1** Μετιῶν δ' ἐπὶ τὸ δεύτερον τῶν αὐτοῦ κεφαλαίων πρῶτον ἔγκλημα V 107^v καὶ μέγιστον ἐπιφέρει τῷ Πλάτωνι, ὡς οὐδὲν περὶ τῆς θείας τριάδος δεδύνητο νοῆσαι τε καὶ εἰπεῖν, Ἀριστοτέλης δὲ σαφέστατα τριάδα πρόσωπον εἶναι 25 πεφρόνηκεν ἐν θεῷ, καθ' ἃπερ ἡ καθολικὴ πίστις φησὶν ἐξ αὐτοῦ μόνοις τοῦ ἐμφαινομένου τε καὶ ἐνόητος τοῖς δημιουργήμασιν ἴχνους αὐτῆς. καὶ τοῦτο δείκνυσιν οὕτως· »διὰ τοῦ ἴχνους, φησὶν, ἐστὶ νοηθῆναι τὸ οὐ ἐστὶν ἴχνος, ἐπειδὴ ὁμοιότης ἐστὶ τὸ ἴχνος τοῦ οὐ ἐστὶν ἴχνος. τούτῳ δ' ἔπεται τὸ τὸν Ἀριστοτέλην, ὃς ἄριστα τὰ φυσικὰ πράγματα καὶ δημιουργήματα ἔγνω, 30 καὶ αὐτὴν γνῶναι τὴν θείαν τριάδα.« ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς θείας τριάδος γνώσεως, ἐφ' ὅσον ἀμφοῖν τούτοις τοῖν φιλοσόφοις ἀνήκει, ἱκανῶς ἐν τῷ δευτέρῳ εἰρήκαμεν. διεβεβαιωσάμεθα τε τὸ μυστήριον τῆς τριάδος μηδένα ὡς ἔχει γνῶναι πλὴν τοὺς ἡμετέρους πατέρας μόνοις καὶ διδασκάλους θεῖω φωτὶ ἐλλαμφθέντας. εἴ τις μέντοι γε ἐνδείξιν τινὰ ἢ ἐμφασιν ὅπως οὖν τοῦ 35 τοσοῦτου πράγματος κακὰ τῶν ἔξω τῆς ἡμετέρας αὐλῆς σοφῶν ἐθελήσειε ζητήσας λαβεῖν, πολλῶ καὶ πλείω καὶ σαφέστερα σημεῖα παρὰ Πλάτωνι μᾶλλον ἢ Ἀριστοτέλει εὐρήσει. ἐπεὶ οὖν τοῦτ' ἐκεῖ αὐτάρκως ἐδείξαμεν, ἐνταῦθα τοὺς τοῦ ἐναντίου λόγους, οἷς χρώμενος Ἀριστοτέλην ἐπιχειρεῖ δεῖξαι ἐναργῶς ἐγνωκῆναι τὴν θείαν τριάδα, ἀνασκευαστέον καὶ δεικτέον, 40 ἢ σαθρὸν τε καὶ κίβδηλον ἐπιφέρουσιν, οὔτε δὴ καὶ ἐναντίους πάντων τῶν

animali haec sunt, hinc Graeci a vita ζῳον, Romani ab anima animal nominarunt.

Sed cur deum animal Aristoteles appellavit, facile dignosci ab homine potest, qui usum et vernaculos, ut ita dixerim, mores Graeci sermonis 5 teneat. Non enim suo ipse iudicio et investigatione compertum hoc ita esse asserit, sed φαμέν dicit, hoc est dicere solemus deum esse animal sempiternum, optimum, ut ex publica opinione confessum accipiat animal esse, cui aevum continuum ipse attribuat, quod per demonstrationem iam coeperit, aut certe ut suae demonstrationi vulgarem etiam opinionem con- 10 gruere ostendat, quod saepenumero ita facere consuevit. Ad quem sensum et divus Thomas exponens: »Appellat, inquit, Aristoteles deum animal sempiternum, optimum, quia vulgo ita dicebatur. Vita enim in solis animalibus manifeste nobis sentitur. Quae cum illi praecipue competat, proinde animal dictus est.« Sic divus Thomas, quamquam Albertus 15 caeli motorem dici animal errori Aristoteli ascribit. Ita constat Aristotelem animal voluisse, non vitam dicere. Sed adversarius non usquequaque peritus Graeci sermonis nec animadvertens, quem ad modum Aristoteles in docendo procedat, damnat et emendat interpretes et, quae nunquam addiscere ipse potuit, docet alios.

20 Cap. XV. Quod mysterium trinitatis nec ad Platonem nec ad Aristotelem referendum est, quamvis apud Platonem aliqua huius rei significatio sit.

Secundi capitis crimen est, quod Plato nihil de trinitate divina sentire 15, 1 potuerit, cum Aristoteles aperte intellexerit trinitatem esse in deo ex solo vestigio impresso in rebus creatis. Quod ita probat: »Per vestigium, in- 25 quit, potest intellegi vestigiatum, cum vestigium sit similitudo vestigiati. Ergo Aristoteles, qui res naturales et creatas intellexerat, trinitatem etiam intellexit.« De cognitione trinitatis, quod ad hos philosophos pertinet, dixi satis secundo volumine. Cuius loci summa haec est, ut mysterium trinitatis non sit referendum nisi ad nostrae fidei auctores. Si quid tamen 80 significationis et cuiusdam suspicionis tantae rei vel in exteris auctoribus quaerenda sit et notanda, longe plura expressioraque indicia comperiri apud Platonem quam apud Aristotelem possunt. Quod cum satis suo loco ostensum sit, hic argumentum solum adversarii, quo Aristotelem probare conatur aperte cognovisse trinitatis divinae rationem, refellere debeo, quia

12 Thom. Aq. In Methaph. XII. lectio 8. | 28 cf. Georg. Trap. Comparationes II. 3.